Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

filiorum conceptio sollempnitatis quo celebrari debe-
ret arripuisset tropheum. Multe namque
impietates impiorum natorum sollempnitate diceren-
tur et essent. Sic essent conceptio scilicet neronis. et
ceterorum impiorum. falsus repperiris. quia matheus
genealogiam salvatoris texit per mariam
dicens. Liber generationis ihesu christi filii david
filii abraham. Humana est hec generatio non
divina. per abraham et david ad mariam usque
salvatoremque deducta. Nulla ergo conceptio pa-
rentum quantalibet nominatione. sollempnitatem
eius adsortitur vel contrarium. Nec illud a te adhuc
aliqua ratione solutum est argumentum. quod est
nisi beata maria sancta conciperetur. non sancta nasce-
retur. cum secundum beatum gregorium. una eademque
sit conceptio et ipsa nativitas. Quod vero ais con-
ceptionem beate marie humana tantum et non
divina ratione vel auctoritate inesse. divi-
nis ab oraculis supra per orationis omnem contex-
tum. irrefragabiliter allegatis prorsus convellitur.
Nec fas est vel possibile ut in sequentibus asser-
tionibus tuis fides aliqua debeatur. cuius falsitatis
initium veritas manifesta succidit. Ad con-
ceptionem hanc sacratissimam astruendam sicut
quilibet legere vel intelligere potest. in his
que supius digesta sunt. et auctoritas sacra. et
ratio invictissima. per omnem modum concurrunt.
Ceterum ne mireris hactenus hanc concep-
tionem sollempnis multis incognitam. sic deus nutu
qui multiplices sibi serviendi servis suis
occasiones inportat. repente celebrandam
se invexisse. cum daniel vaticinetur. transibunt
tempora et multiplex erit scientia. Sane et si
malus sapes in hoc nimium desipis. cum iudi-
cia dei que sunt abyssus multa in hac concepti-
one rimaris. dicens beatam virginem nec
munere conceptionis ut dominum ex se gene-
raret. nec maiorem in sua conceptione auc-
toritatem habere quam propheta david. et quod deus
licet posset. non tamen ei originale vellet au-
ferre peccatum. Ubi eras cum deus hoc tibi re-
velavit consilium. Et si bonum erat ut
salvator originale peccatum demeret matris
conceptui. et hoc bonum noluit. ergo aut invi-
dit matri. aut quod voluit non potuit. et sic
quod absit omnipotens non fuit. Sed ut tecum hieroni-
mo loquar. videris videre loquacitatem fa-

cundiam detrahere conceptioni marie bo-
ne conscientie signum arbitrari. Sed numquid
meministi moysen cui dicit dominus miserebor
cui misereor. Numquid non voluit figulus hu-
mani generis ille potentissimus qui cognovit
figmentum nostrum. cuius velle posse est. ostendere
divitias glorie sue. in hoc vase misericordie. quod ab ini-
tio et ante secula preparavit in gloriam suam. ad genus
redimendum humanum. Nonne potestatem ha-
buit figulus ex eadem massa. inter omnia vasa
facere hoc vas mirificum. hoc vas in honorem.
Salva tua karitate sic dictum. tu quis es qui
iudicas ancillam alienam. ancillam domini. Suo domino
stat in ipsa conceptione aut cadit. Stabit
autem in conceptione. Potens est deus illam statuere.
Perspicax deinde falsum asseveras de iohanne bap-
tista. quod in sua conceptione id habuisset. quod
sine originali peccato fuisset conceptus. Beda
enim liquido docet. quod licet eodem angelo quo christus.
iohannes ipse nuntiatus fuisset. et quamvis nullo
inter natos mulierum minor. tamen quasi natus
ex muliere culpa non carebat. ideoque cum ceteris mu-
lierum natis. ab eo qui natus ex virgine deus in
carne apparuit. opus habebat ablui. Non ergo
privilegium beate virgini in conceptionis sanctifi-
catione sanctus iohannes ademit. cum de throno sale-
monis .i. de hac sanctissima virgine legatur. non
fuit factum tale opus in universis regnis. Re-
vera nullum tale opus in universis filiis homi-
num et conceptione mirabile. et humilitate
dignissimum. et integritate mirificum et prestan-
tissimum. sicut fuit beata maria. cui aliquam fecit
altissimus. Si ergo salvator vulvam sanctificavit
alienam. sicut dicit ambrosius ut nasceretur hie-
remias propheta. quanto magis conceptionem qua
concepta est maria. ipse dei filius de qua natus
est inter omnes filios hominum sanctificavit. ut
haberet nullam maculam vel rugam. vel aliquid
huiusmodi. Quod vero addis quare conceptionem
ysaac abraham non celebravit. qui ipsum a domino
per repromissionem recepit. dicente domino eodem re-
vertar ad te hoc eodem tempore vita comite et
habebit sara filium. Et post scribitur. Visita-
vit autem dominus saram sicut promiserat. et imple-
vit que locutus est. concepitque et peperit filium.
Ad quod dicendum quod conceptio ysaac quantum ad
suam significationem quantum est sacramentum ad